


NUMMI TRIUMPHALES

CAROLI V. IMPERATORIS: CUSI

post confectum bellum contra Protestantes, &
partam ad Mülbergam victoriam. Anno

Christi 1547.



Apto Saxone, cum Philippus Hassiæ Landtgravius, qui ex eo tempore, quo Ingolstadio Protestantes divisim discessissent, quietus belli Saxonici finem expectarat, per generum Mauritium cum Cæsare, de pacis conditionibus pro se agere permittit: ipse etiam Halæ commoranti Cæsari se sistit, delicti ab eo veniam deprecatus: præter spem tamen captivus detinetur. Erant enim certæ conditiones ei latæ, inter quas etiam illa erat, ne vita ei eriperetur, neque carceris condemnaretur. Quod ipse cum suis de nullo, Cæsariani verò de perpetuo carcere intellige-